De Thesauro Jacobi, Jerem. XL, 16. LI, 19. Diss. Epistolica, qua Viro Pl. Rev. Præclarissimo Celeberrimoque Dn. M. Jac. a Melle, dimidium Sæculum in sacro Ministerio a die X. Apr. 1684. ad diem X. Apr. 1734. quam raro exemplo, tam laudabiliter exactum candida mente gratulatur Jo. Henr. a Seelen, Th. Lic. & Gymn. Lub. Rect. Lubec. typis Greenianis, 1734. in 4. pl. 1.

XIII.

Des Rect. und Collegii Soc. Jes. zu Hildesheim Scheda Mortuaria auf den Bischof von Botri.

❁ ❁ ❁

JESUS, MARIA, JOSEPH.

Anno à partu Virginis millesimo septingentesimo trigesimo quarto ingenti Cathedralis

lis Ecclesiæ Hildesiensis, Electoralis Regiminis, Dicasteriorum omnium, totius Diœcesis ac Patriæ, maximè fidelium in Nova Civitate subditorum damno, ac communi totius ferè Germaniæ præcipuè Magnatum luctu è vivis ad Superos præcoci heu nimis! fato 17ma Januarii in festo adhuc sacratissimi Nominis JESU sub noctis 12mam sublatus est immortali vitâ ac famâ dignissimus

Reverendissimus, Illustrissimus & Excellentissimus Dominus

D. ERNESTUS FRIDERICUS EPISCOPUS BOTRENSIS

Ex Liberis Baronibus de Tvvickel ex Havixbeck, Cathedralium Ecclesiarum Hildesiensis & Monasteriensis Respective Præpositus & Canonicus Capitularis, Sereniſſimorum Electorum Colonienſis & Bavariæ Consiliarius Intimus Actualis, per Civitatem & Dioeceſin Hildeſienſem Suffraganeus, & Vicarius in Spiritualibus Generalis, Locumtenens, Consilii Intimi & Regiminis Præses, Curiæ Episcopalis Offi-

Officialis, Illustris Ordinis S. Michaelis Archangeli Eques & Commentator, Dominus Novæ Civitatis Hildesiensis Homagii Vinculo Obstrictæ, Dominus in Losebeck, Majori Allgermissen, Itzum, Evern, &c. &c.

Ætatis quinquagesimo secundo, Episcopalis Dignitatis decimo, Præposituræ 7timo inchoantibus, qui ob eminentes, planéque admirandas naturæ animique dotes ac virtutes magno ac *irreprehensibili*, qualem Apostolus Paulus 1 mæ ad Tim. c. 3. describit, Præsule dignas aut mori debuisset nunquam, vel ad tam breve tempus super candelabrum Ecclesiæ non collocari. Postquam primam juventutem consentaneis nobili animo artibus & scientiis ad æqualium admirationem probe excoluisset, in eâque teneræ illius pietatis succum, quæ venientibus deinde annis in tam uberes omnigenarum virtutum flores & fructus ad publicam totius Patriæ non modò salutem, sed & ædificationem excrevit, profundé combibisset; Romæ in Perillustri illo totòque orbe celeberrimo Nobilitatis Germanicæ Athenæo ea non inculpatæ modo vitæ numerisque omnibus absolutæ integritatis, sed & prudentiæ gravissimique Consilii fundamenta posuit, ut Maximi Sapientissimique Pontificis Clementis XI. fel. rec. animum non raperent modò, sed & permoverent, ut ex Urbe

discendenti dilectum sibi, haud multò pòst nominatum Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem de Salerno in Germaniam gravissimorum in causa Religionis Catholicæ negotiorum causà deducendum committeret cum sancti favoris pleniſſimo dicto *Sibi factum iri, quod viæ comiti obsequium impenderet.* Ornatus exin binis in Ecclesia Cathedrali Hildesiensi & Monasterienſi Canonicatibus bono publico quà consiliis, qua gestis feliciter graviſſimis negotiis & expeditionibus, quà obitis arduis legationibus cœpit inclaresçere. Cathedralium Ecclesiarum commissa sibi jura irà jubente Celsissimo Principe Francisco Arnoldo, annuentibùsque pluribus Illustrissimis Capitulis in duobus meditatæ vel effectæ Pacis Imperium inter nobiliſſimâque Regna Ultrajecti, Badenæ, Rastadii congressibus adeò fortiter & feliciter tutatus est, ut grato ubique præconio & applausu redux exciperetur. In aulis postmodum maximorum Regum ac Principum, ùt Magnæ Britanniæ, Potentissimi Regis Borussiæ, Sereniſſimorum Electorum Colonienſis & Bavariæ aliisque maximâ integritate, ac relicto ubique consummatæ prudentiæ testimonio jam Minister, alias legationem obiens, versatus; eam tractandarum cum dignitate rerum dexteritatem acquisivit, ut non intimis modo deputaretur consiliis, sed & Insulâ à Ser. & Potentissimo præsertim Magnæ Britanniæ Rege Georgio I. publico elogio dignus de-

designaretur. Ut verò eam ex voto Sereniſſimi Electoris Colonienſis Joſephi Clementis in partibus in diſtrictu Botrenſi cum munere per Diœceſin Hildeſienſem Suffraganei Roma dignus digné aſſecutus fuit, Epiſcopali mox cœpit virtute in omnibus vitæ ſuæ actionibus effulgere, luſtrando & expurgando Diœceſin vitiorum errorumque zizaniis, concionando ad rudem plebeculam, oppreſſorum cauſas audiendo ipſe, agendo & promovendo, viſitando infirmos mediâ non rarò nocte per obſitas pœdore caſas, & fœtentia egenorum ergaſtula unico duntaxat famulo comitatus & teſte, ut boni operis lucem populari auræ eriperet. Ejus generis aliàque quam plurima virtutum exempla tot inſignibus naturæ, ſcientiæ, & gratiæ prærogativis conjuncta Illuſtriſſimum Hildeſienſe Capitulum facilé induxerunt, ut unanimi ſuffragio anno 1727. ſuum eligerent Præpoſitum; cui nobiliſſimæ per Germaniam Dignitati Sereniſſimus & Clementiſſimus Elector Noſter Conſilii Intimi ac Regiminis Præſidis munus (quale jam anté Cameræ geſſerat) & Supremam Excellentiſſimi Proprincipis Dignitatem egregiis tanti viri meritis & qua non ſpe? permotus, unire clementiſſimé voluit. Illud autem tam incorruptâ fide, juſtitia, vigilantiâ, induſtriâ, conſtantiâ, dexteritate, ac in Serenisſimum Suum Principem devotiſſimâ obſervantiâ maximo & evidenti totius Diœceſis bono ſic ſemper geſſit, ut,

dum stabit hæc Ecclesia & Patria, in animis omnium victura sit navata utilissimè bono publico opera, ac regnatura felix semper & nova ERNESTI FRIDERICI Proprincipis memoria. Ecclesiæ subinde Cathedralis & commissæ Præposituræ Jura contra injustas molitiones in maximis Europæ Aulis & Tribunalibus: ut Viennensi, Borussicâ, Wolffenbutanâ prudentissimis remonstrationibus quà ore coràm, qua calamo factis (velut impressa toti orbi testantur & testabuntur volumina) adeò fortiter vindicavit ac restituit, ut vel hoc solo æternam sui adeptus sit ac mereatur memoriam & obligationem, dicíque non immeritò possit consummâsse in brevi expensis maximis summè ardua & ferè desperata pro Cathedralis Ecclesiæ utilitate & gloria litis difficillimæ negotia, *&consummatum in brevi explêsse tempora multa.* Unum autem est tacendum minimé; quòd in Aulâ Borussica causam suam agens, non modò Procerum omnium sed ipsius Serenissimi ac Potentissimi Regis peregrino ac inusitato Virtutis suæ, congenitæque affabilitatis & gratiæ cum gravitate mixtæ splendore animum sic occupârit, ut non æstimârit tantùm, sed & amârit, & amare se palàm plurimis Regiis favoribus testaretur tam dignum Ptæsulem. Sed profana hæc sunt, majòra longé & cœlestia dona in optimi Deòque grati ac intimé conjuncti Antistitis Nostri animo, tantâque copiâ & perfectione elucebant, ut integer

teger liber, ne dicam, exilis pagina iis cum dignitate recensendis non sufficiat. Ea erant illibata per omnem vitam, quam tumulo intulit castimonia; inviolata conscientiæ puritas, minimarum etiam labecularum fuga: quo fine ubi poterat, quotidianam exomologesin veluti certissimum contra peccata præsidium, ad augendam (ùt dictitabat ipse) sacramentalem gratiam, difficultate tot & tanta inter negotia haud levi, adhibebat; adeò ut illam cœlo frequenter pluvio, frigido aut turbido, scribendo, agendo, consulendo oppidò lassatus viâ satis molesta nunquam omitteret: ac sacram deinde Hostiam bene longâ ac religiosissimâ præparatione indies ad aram Deo suo litabat; Assiduum orationis atque intimæ cum Deo conjunctionis studium, solitus siquidem erat orationi mentali, officióque Canonico longas alias in laudem Beatissimæ Virginis, quas usui suo ipse conceperat & concinnârat preces, librique spiritualis lectionem per tempus haud breve quotidie conjungere; rerum spiritualium fervor, quem triduanis aut quatriduanis S. Ignatii piis exercitationibus quotannis de novo exacuebat; ea verò eo ordine, studio, ac accuratione obibat, ut à religioso tirone plus aliquid non exspectes: constans, minimèque fucata in summis honoribus non humilitas modò, seu justa erga Deum Superiorésque demissio; sed infima suî infra omnes depressio; heroica inimicorum dilectio,

ctio, advertus quos oblivione, laudibus, ac beneficiis illatum vindicare injuriam gaudio sibi ducebat & honori; passionum sive pravarum animi appetitionum jugis & perfecta edomatio; assidua innocentis animi interior, & exterior sui per difficillima pœnitentiæ opera mortificatio, quæ quanto amplius corpus non omnino firmum affligebant, tanto solicitius illa abscondebat, & occultabat; rigida in victu & potu abstinentia veriùs quàm temperantia, quâ in appositis principali apparatu exquisitissimis epulis, quæ convivis pro dignitate honoris & officii sui altiori motivo conciliandæ maximè & conservandæ animorum pacis persæpe apponebat, sic utebatur, ut quà ministrando aliis, quà cœtum gravibus colloquiis, sapientique rerum jucundissimarum, de Deo maximè rebúsque Divinis narratione rapiendo, impastus ipse & plurimùm lassus passim permaneret. Vinum aut bibebat modicissimè, aut aquâ adeo copiosè dilutum adhibebat, ut virtutem omnem, gustum & colorem amitteret; læta sui in adversantium iniquis obtrectationibus victoria. Mira erga Sanctissimum Sacramentum, Beatissimam Virginem, Cœlitésque omnes præsertim S. Josephum & S. Franciscum Xaverium devotio, quâ incensus integras non rarò horas, dum occasio ferebat, coram Christo Eucharistico excubabat, animo, corpore, reverentissimóque semper situ & gestu immotus; bene longas in laudem Di-

væ

væ Matris preces singulis diebus præviâ Selecti ad excitandam filialem fiduciam exempli cujuspiam narratione in Sacello domestico congregatis eo fine famulis omnibus & ministris pietate ardens præibat; Sabbathinis verò diebus specialem adhortationem cum triplici sæpissime, unâ semper (ùt appellamus) coronâ precatoriâ adjungebat; eùmque morem tam sanctum sibi & solennem habuit, ut sive gravissimis fessus negotiis, omitteret nunquam, vel ab itinere serò redux ad Sacellum domesticum comprecandi causâ protinus descenderet; festos verò Sanctorum dies in propriis ipsorum templis, ad quæ persæpe pedes itabat, sanctissimi celebratione Sacrificii Pontificali plurimùm ritu aliisque honoribus prosequebatur; promptissimum semper ac indefessum quibusque gratificandi studium, in quorum obsequia non sibi sed aliis vivens, diurnis nocturnisque vigiliis, quibus se ante tempus exhausit, gaudens consumebatur; compos sui in negotiorum multitudine erga omnes infimiæ maximè sortis homines affabilitas; profusa in pauperes & egenos liberalitas, in quos tum stato per hebdomades die non magnas modò pecuniæ summas elargiebatur; sed erat ipsius curia oppressorum omnium, afflictorum & languentium tam indigenarum, quàm advenarum commune asylum & perfugium; in obeundo Pontificali munere seu cùm Pontifex ad aram faceret, aut Sacros Ordines impertiret, magni-

magnificentia, decor, & facilitas. In promovenda religione orthodoxa per heterodoxorum conversionem maximè in subdita sibi nova Civitate zelus, quo animatus arduum aliquando iter intempestâ maxime anni parte ad primum Summi Pontificis nutum difficultatibus omnibus major suscepit; infracta in corporis doloribus tolerantia, & adversus inservientes plùs quàm Paterna manſuetudo; adeò severé doloris omnis vel animi justé etiam indignantis sensum supprimebat; in iis quæ ad salutem corporis vel animæ pertinebant, erga eos, quibus oportebat, religiosè humilis obedientia; & quæ non virtus? has verò memoratas plurésque alias in recenti omnium recordatione positas virtutes veré Episcopales, quas perstringere omnes secundùm meritum præsens pagina non sinit, in compendio exhibuit, dum mortis stadium fortis athleta ingressus est. Ut primùm enim die Sabbathi, quæ erat 9na Januarii; post emundatam piaculari confessione animam, dictùmque, uti semper solebat, religiosissimè Sacrum, ferali morbo ex catharro pleuritico & maligno tangi se sensit, amandatis illo terrenarum rerum, opum, dignitatum curis mundo major spes omnes & desideria ad Deum suum & æterna toto corde applicuit, de egressu animæ Sancto unicè solicitus: unde uno eodèmque die non rarò bis vel ter Sacramento pœnitentiæ totius vitæ levissimas noxas expiabat; ubi Confessario si

quid

quid fortè adhuc gravaret animum? roganti jucundissimo erat solatio audire; *nihil nisi ut me in genere de totius vitæ peccatis denuò accusem, gratiàmque augeam Sacramentalem.* Sacratissimo Christi Corpore verò bis in extremo morbo, qui ad dies novem duravit, per modum viatici ob erumpens semper novum mortis periculum refectus est. Extremâ demum Unctione, Confessione Sacramentali præviâ, ipso mortis die manè sub septimam (uti jam aliis diebus frequenter petierat) animo præsentissimo, singulas unctionum formulas pio ipse voto claudens, precantèmque Sacerdotem verbis & affectibus sequens, præmunitus fuit. Reliquum deinde diem perfectæ in Deum charitatis, resignationis, oblationis aliarùmque maximè Theologicarum virtutum actibus, inter continuos Christi Crucifixi amplexus & affatus sinè intermissione consumpsit, adeò ut etiam indormiscens ab iis non remitteret: extremâ præsertim mortis horâ, in qua præeuntem Sacerdotem vel fractis vocibus, vel certè pio labiorum motu ad ultimum usque anhelitum secutus est, dum sanctam demum animam in manus Creatoris sui placidissimè sinè notabili convulsione exhalaret: obiitque ùt spes firma est, SANCTE, QUI SANCTE VIXERAT. Si quid verò præter spem nostram (cùm alia sint Dei, alia hominum judicia) in piacularibus adhuc flammis eluendum supereſſet, minima JESU SOCIETAS, cujus

piis

piis operibus & precibus communicare, cùm viveret, gratiosè voluit, & publicis concessæ communionis literis ob singularia in eandem studia ac merita communicavit, omnium Sacerdotum Sanctissima ad aram suffragia aliorùmque ferventes preces pro merito ILLUSTRISSIMI DOMINI, qui ùt in vivis, ità EXTINCTUS AMABITUR demississimè expetimus ad paria promptissimi

RECTOR & COLLEGIUM SOCIETATIS JESU HILDESIENSE.

Requiescat † † † *in Pace.*

XIV.

Des Abts/ und Convents zu Ringelheim Scheda Mortuaria auf den Bischof von Botri.

*** ***

JESUS, MARIA, BENEDICTUS.

Aptissimè pariter, ac verissimè cecinit Canonicus Vates in suis Epigramm. sacr, part. 1. n. 13.

Vita

Vita fluit variis titulis, successibus, annis;
Motibus illa suis, moribus ista suis,
Mors tandem adventans, varia hæc convolvit in unum,
Uno omnes scribens nomine: *Mortuus est.*

Titulum hunc supremum, post titulos quamplurimos & amplissimos, per novendialem ex catharrho pleuritico infirmitatem, Sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis & assiduis ad ultimum usque halitum precibus ac suspiriis identidem confortatam, anno à partu Virginis 1734to, ætatis verò 52do, die 17. Januarii consecutus est

Reverendissimus & Illustrissimus Dominus

D. ERNESTUS FRIDERICUS EPISCOPUS BOTRENSIS

Ex Liberis Baronibus de Tvvickel ex Havixbeck, Cathedralium Ecclesiarum Hildesiensis & Monasteriensis respective Præpositus & Canonicus Capitularis, Serenissimorum Electorum Coloniensis & Bavariæ Consiliarius Intimus Actualis per Civitatem & Diœcesin Hildesiensem

Suffraganeus, & Vicarius in Spiritualibus Generalis, ac Proprinceps, Consilii Intimi & Regiminis Præses, Curiæ Episcopalis Officialis, Illustris Ordinis S. Michaelis Archangeli Eques & Commendator, Dominus Civitatis Novæ Hildesianæ &c. &c.

Mortuus est, juxta germanicum Illustrissimi Prænominis etymon, inter ludicras mundi vanitates perfectè SERIUS ERNESTUS, & *cum his* etiam (Ps. 119.) *qui oderunt pacem*, usquequaque PACIFICUS FRIDERICUS. *Mortuus est* EPISCOPUS, qualem describit Apostolus 1. Tim. 3. qualémque suspexit Clerus universus, *irreprehensibilem, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem*, adeò *non vinolentum*, ut piâ inter epulas fraude utens, aquis coctis & vini colorem præferentibus, potiùs quàm vino ipso, delectaretur. Verè quoque BOTRENSIS, quia velut *botrus Cypri dilectus* (Cant. 1.) in torculari variarum adversitatum, molestiarum & infirmitatum calcatus, dulcissimum Christianæ patientiæ ac mansuetudinis succum edidit. *Mortuus est* PRÆPOSITUS & CANONICUS CAPITULARIS, secundùm Canones CANONICE semper vivens, iisque meritò accensendus PRÆPOSITIS, de quibus Doctor gentium Hebr. 13. *qui locuti sunt vobis verbum Dei:* Nihil quippe Ei solemnius, quàm domesticis suis quotidie, cæteris verò pro opportunitate verba salutis ministrare. *Mortuus est* CONSILIARIUS, à pruden-

dentiâ, dexteritate & integritate laudatissimus, ac velut *unus de mille* Eccl. 6. *Mortuus est* SUFFRAGANEUS & VICARIUS IN SPIRITUALIBUS; *SUFFRAGANTIBUS* interim, & *VICARIAM* in morte operam præstantibus, quæ per vitam copiosè exercuit, operibus spiritualibus. *Mortuus est* PROPRINCEPS, qui ubique *ea, quæ digna sunt Principe, cogitavit*, Isa. 32. exinde Principibus quibusque acceptissimus. *Mortuus est* PRÆSES, qui velut alter *Amarias*, id est Agnus Domini, *in his quæ ad Deum pertinent, PRÆSEDIT.* 2. Paral. 19. Hinc Ecclesiæ jura acerrimè vindicans, inde pauperum & orphanorum causas studiosissimè promovens. *Mortuus est* OFFICIALIS, exactissimè semper implens, *quæ suo officio congruebant*, 2. Paral. 30. *Mortuus est*, qui per vitam semper *apparuit* EQUES *in veste candidâ*. 2. Machab. 11. in veste videlicet innocentiæ, quam quotidianâ Confessione ac Celebratione, Oratione mentali ac vocali, librorum spiritualium lectione, ac voluntariâ etiam per asperum cicilium in morbo ipso fatali deprehensum corporis afflictione illibatam servare perpetuò allaboravit: optimus insimul COMMENDATOR, utpote *justitiam Dei* per omnia *COMMENDANS*. Rom. 3. *Mortuus est* denique DOMINUS CIV. NOVÆ HILDES. *non habens hîc manentem CIVITATEM, sed futuram* assiduè *inquirens*. Heb. 13. Ad quam *CIVITATEM NOVAM JERUSALEM* licèt altefatum Domi-

num à Christo Eucharistico, Beatissimâ Virgine Matre, ac D. Josepho, erga quos singularem in vitâ devotionem prætulit, propter exemplaris vitæ merita jam deductum piè confidamus; quia tamen asserente S. Leone Papâ, *dum per varias actiones vitæ hujus solicitudo distenditur, necesse est de mundano pulvere etiam religiosa corda sordescere*; hinc DD. imprimis Confratrum (in quorum album sub Reverendissimo & Illustrissimo Sac. Cong. Bursf. PRÆSIDE CELESTINO à GEISMAR anno 1714. in Capitulo annali ad S. Martinum Coloniæ celebrato referri meruit) ac deinde aliorum Fidelium precibus ac Sacrificiis dilectam sæpefati Domini animam quantocyus expurgandam impensè commendamus, ad rependendas ejusmodi charitatis vices paratissimi

ABBAS & CONVENTUS
Ringelheimensis.

Requiescat † † † *in Pace.*

XV.

Merckwürdigkeiten des Jahres, 1734.

Wir werden vielleicht künfftig noch Gelegenheit haben, diesen Artickel fortzusetzen. Wir bleiben aber nur bey denen Merckwürdigkeiten, die zu unserm gegenwärtigen Vorhaben gehören.

1. Es ist dieses Jahr zuerst in Ecclesiasticis merckwürdig, weil darinnen die Feste, Ostern, Pfingsten, und

und Johannis-Tag so ausserordentlich gefallen, als sie in 200. Jahren nicht wieder fallen werden, nehmlich, Ostern sehr späthe den 25. April, auf den Tag St. Marci; Pfingsten, den 13. Junii, auf den Gedächtnis-Tag St. Antonii von Padua; und Johannis-Fest bald nach Pfingsten, den 24. Jun. auf eben den Tag, da das Fronleichnams-Fest in der R. Cathol. Kirche begangen wird.

Pabst Benedictus XIII. soll offt die alte Prophezeyung eines seiner Vorfahren von diesem wegen der ausgebrochenen Krieges-Unruhen gefährlich genug anscheinenden Jahr im Munde geführet haben:

Cum Marcus agnum Dei mactabit,
Antonius Pentecosten celebrabit,
Et Johannes Festum Corporis Christi honorabit,
Tunc totus mundus Væ clamabit.

Das ist:

Wann Marcus wird das GOTTES Lamm schlachten,
Antonius Pfingsten beobachten,
Und Johannes das Fronleichnams-Fest ansagen,
Alsdann wird die gantze Welt Weh-klagen.

Herr Prof. Köhler zu Altorf, führet dieses aus einer gewissen Schrift in seiner Histor. Muntz-Belustigung *Anno 1734. No. XIII. p. 101.* an, und straft diejenigen, welche über solchen Dingen sich Gedancken oder Sorge machen. „Es hat, sagt er; „schon längst auch der Heydnische Poet Horatius

„die wegen dergleichen ungegründeten Weissa„gungen schichterne Christen beschämet, wenn er „gesungen *Lib. III. Od. 29.*

Prudens futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit Deus,
Ridetque, si mortalis ultra
Fas trepidat.

II. Ferner ist dieses Jahr allerdings merckwürdig, weil eben vor 200. Jahren die gantze Bibel nach Lutheri Uebersetzung, erst in Nieder- dann in Ober-Sächsischer Sprache heraus gekommen.

Hievon ist bereits in der Auserl. Theol. Bibl.* etwas angeführet, und Herrn D. Zeltners, wie auch einiger Nürnbergischen Prediger Veranstaltungen deswegen gemeldet worden.

In einer unter Herrn D. Apino, zu Rostock, von dem jüngern Herrn Kohlreif Anno 1731. gehaltenen Disputation de Lituris Biblicis B. Lutheri, heist es unter andern p. 7. „Deus „Saxoniæ inferioris populos omnium primos „corpore Bibliorum Lutheri integro donavit, „ita, ut insignis hujus beneficii primordium in„ciderit in Ann. 1531, & consummatio in diem „1. April. Anni 1534. Quid mirum, si post „ducentos annos elapsos *diem festum* ideo agita„ret *Lubeca*, Holsatia, Raceburgum, Megapolis; „cum anniversarium eam ob caussam instituerit „festum Pomeranus? „

Herr L. J. H. von Seelen, best-meritirter Rector des Gymnasii zu Lübeck, hat sich dieses ge-

* Part. LXXIII. p. 91. seq.

gesagt seyn lassen, und deswegen eine besondere Rede gehalten, darzu er mit folgenden Programmate eingeladen hat: De Codice rarissimo Psalterii in Saxoniæ inferioris linguam translati, & Glossis aucti Commentatio historico-exegetica qua ad benevole audiendam Cal. April. 1734. in Auditorio Cathariniano Orationem sæcularem de integro Opere Biblico Lutherano linguæ Sax. inf. Lubecæ primum excuso, & Ann. 1534. d. 1. Apr. finito, ac felicitate, omnes, qui hoc Memorabilium Lubecensium haud postremum rite æstimant, convocat L. J. H. a Seelen. Lub. typis Joh. Nic. Grenii, 1734. in 4. pl. 2. Er führet unter andern p. 16. den Beschluß der ersten vollständigen Nieder-Sächsischen Bibel Lutheri an, welcher also lautet: „Dyt löflyke „Werk ys allo Godt Almechtich to laue und „eeren, na Christi unses Heren Gebort, ym Du„sent vyf hundert unde veer unde dörtigsten „yare, am ersten Dage Aprilis in der Keyserli„chen Stadt *Lübeck*, by *Ludwich Dyetz*, dorch „den Druck vullendet, mit Gnade, unde Hül„pe des Almechtigen Gades, dem Loff, Prys„eere unde Danck yn Evvichkeit sy, Amen.„ Man sehe auch nach des Herrn Auctoris Selecta Literaria, p. 173. seq.

Ingleichen conferire man hiebey eine gelehrte Anmerckung des Hrn. Diac. Gueinzii, zu Halle.*

III. Endlich ist auch dieses Jahr noch besonders merckwürdig, weil in demselben das Gymnasium

* Hällische wöchentl. Anzeigen, 1734. No. 27. p. 241. sq.

zu Göttingen aufgehöret, dagegen eine neue Academie daselbst von Ihro Königl. Maj. in Groß-Britannien, und Churfürstl. Durchl. zu Hannover aufgerichtet wird.

XVI.

Elogium Alberti Joachimi de Krakevvitz. *

CUm ante septennium, inter varias tribulationes feliciter, quæ Dei gratia est, exactum, in altero Fasciculo scriptorum Pomeranicorum ejusque Parte posteriore vitas resque gestas Superintendentum generalium Pomeraniæ occidentalis Rugiæque compendiosa recensione explicarem: nondum animus præsagiebat, me, & quidem post tam exiguum temporis intervallum, illius quoque fata enarraturum, quem eo tempore, ceu summum ecclesiæ nostræ præsulem, in ipso dignitatis flore constitutum optimeque valentem, venerabar. Id potius votis unice expetebam, ut & KRAKEVIZIUS noster usque ad summam perviveret ætatem, & ecclesia pariter atque Academia nostra ex ejus vita lon-

* Ex Progr. Funebr. Acad. Gryphisvvald.

longæva ſtudioque indefeſſo uberrimos percipe-
ret fructus. Jam ubi præter opinionem officium,
quod nunc ſuſtineo, publicum, tanti viri vitam
meritaque in Eccleſiam poſteritati commendare
imperat: non equidem fato id tribuo immuta-
bili, quod hunc vitæ terminum immobilem viro
huic ſtatuerit celeberrimo vitaque longiore di-
gniſſimo, ut altero ſtatim die a nobis diſcederet,
poſtquam futuri anni Rectorem me deſignave-
rant Academiæ Patres: divinam tamen ſub-
miſſe veneror providentiam, quæ hac ratione
occaſionem mihi ſuppeditavit animum meum,
Viro beato ejusque generoſæ familiæ devin-
ctum, publico ſcripto declarandi. Utinam læ-
tiora id a me exegiſſent fata. Abſoluto fortaſſis at-
que occulto fato illi hoc imputabunt, qui ſibi
perſuadent, Pomeraniæ Rügiæque Superinten-
dentes in officiis ſuis vix decem ſuperare poſſe
annos. Et videtur utique, plerorumque hoc
confirmari poſſe exemplis, Friderici Rungii,
Mœvii Volſchovii, Abrahami Batti, Matthæi
Tabberti, Auguſtini Balthaſaris, Conradi Tibur-
tii Rangonis, Jo. Frid. Mayeri, Brand. Henr.
Gebhardi, noſtri denique Krakevitzii, qui o-
mnes vel decimum ne quidem attigerunt an-
num, vel unico ſaltem alterove exceſſerunt.
Quo minus tamen inde colligamus, fato aliquo
immobili breviorem vitæ terminum noſtris fi-
xum eſſe Superintendentibus, non ſolum divinæ
obſtant litteræ, quæ hunc fatalem vitæ humanæ
terminum plane ignorant: Sed contraria quo-

que prohibent exempla, Joannis Knipſtrovii, Jacobi Rungii, Bartholdi Krakevitzii, qui vel ad vigeſimum, vel trigeſimum, immo & quadrageſimum annum in ſacro hoc munere ætatem produxerunt. Curatius rem ponderantes longe alias facile obſervabunt cauſas. Muneris dignitas gravitasque viros exigit non eruditos ſolum, ſed prudentes etiam, graves, in rebus gerendis exercitatos multisque experimentis edoctos. Tales vero inter juvenes rariſſime invenies. Ars longa eſt, ſerisque venit uſus ab annis. Ubi ergo illorum humeris hoc onus imponitur, qui jam provectioris ſunt ætatis, quod nonnunquam factum: minime mirum nobis videri debet, ſi illi ſpe citius opprimantur paucioresque in officio ſuo tranſigant annos. Deinde, non unicum eſt officii genus, quod præſtare tenentur eccleſiæ noſtræ præſules. Sed infinita fere, in cathedra eccleſiaſtica, in Academia, in Conſiſtorio, in Synodis, negotiis miniſterialibus, domi foriſque, docendo, concionando, ſcribendo, conſulendo, corripiendo, diſputando, viſitando; ſumma fide curanda ſunt atque peragenda, quæ & corporis & animi vires conſumunt, ſimulque vitæ terminum accelerant. Quem utique longiorem habere poſſunt illi, qui frugibus tantum conſumendis nati ſuamque curare poſſunt cuticulam. Denique, ſi quis in arduis his officiis, abſque perſonarum reſpectu, conſcientiæ, ut decet, vult eſſe ſtudioſus, illius memor rationis, quam in extremo atque tre-

tremendo judicii die Christo Jesu, domino suo & supremo animarum pastori, & episcopo, reddere tenetur, ideoque ea tantum quærit, quæ amplificandæ Dei gloriæ inservire possunt & ecclesiæ Academiæque salutaria sunt: is certe evitare vix poterit, ne crabrones sæpius irritet, aliorumque sibi concitet invidiam, odium, calumnias. Inde dolor, indignatio, tristitia, variæque molestiæ. Quæ quantum valetudini, inprimis jam ante afflictæ, afferant damnum, propria edocti experientia facile intelligimus. His itaque dum succumbunt nostræ ecclesiæ præsules, ea saltem patiuntur, quæ pluribus aliis ejusdem conditionis hominibus evenire solent. Cæterum vero cum his aliisque ex causis immatura morte nobis eripi suisque rectoribus ecclesiam orbari videmus; merito quidem doloris afficimur sensu, tam gravem jacturam ægro ferentes animo, simul tamen nostri quoque memores officii, id agimus, quo gloria virtutum ac meritorum, quæ in viventibus admirati sumus, post illorum quoque obitum integra ac incorrupta ad posteros transmitti eorumque memoria æternitati commendari possit. Hoc ubi jam in funere tristissimo viri magnifici, summe reverendi & generosi, Theologi de ecclesia & academia nostra longe meritissimi,

B. Dn. D. ALB. JOACH. DE KRAKEVITZ, Generalis quondam Superintendentis Pomeraniæ Rugiæque eminentissimi Academiæ nostræ Procancel-

cellarii perpetui & curatoris dexterrimi, &c. &c. a me præstanda sunt: ipse quidem tanti viri doleo vicem, qui non digniorem magisque disertum ubivis nactus scriptorem, cujus satis apta esset oratio magnitudini ac præstantiæ meritorum ejus, supra communes laudum formulas positorum, digno celebrandæ encomio: Nec tamen ideo officium denegare licet, quod & muneris ratio & pietas suo jure a me postulant. Agam itaque quod possum, & licet humili levique dicendi genere, mente tamen sincera vitam, fata ac merita viri beati exponam.

Originem atque primordia vitæ & studiorum munerumque academicorum primitias jam olim an. 1700. in Rostochio literato p. 294. seqq. exposuit Rostochiensis Academiæ Theologus famigeratissimus, Andr. Dan. Habichorstius. Hæc, ut opera mea appareat ornatior, inserere placet, novisque, ubi opus fuerit, accessionibus illustrare. In districtu Stargardensi ducatus Meckelburgici nobile est feudum, a civitate Neobrandenburgo milliari distans uno, cui nomen est Gevezinum. Illud vero nascentem nostrum an. 1674. d. 28. Maji excepit, ex familia perquam generosa pariter ac celebrata oriundum. Patrem enim veneratur Dn. Bartholdum Fridericum de Krakevitz, equitem Meckelburgicum, hæreditarium in Gevezin, præfectum quondam Legionis in hospitiis militaribus designandis. Matrem vero habuit generis nobilitate virtutumque gravitate conspicuam, Elisabetham de Engeln, generosi

neroſi quondam fortiſſimique Hans von Engeln, chiliarchæ quondam Suedici & hæreditarii in Gevezin, Laps & Podewal filiam, quæ diem ſuum a. 1694. obibat. Avum vero paternum ſortitus eſt latine græceque doctum, Albertum de Krakevitz, hæreditarium in Frizo & Upatel, (Rugiæ prædiis) anno demum 1693. menſe Majo denatum. Proavum denique paternum nactus eſt Dn. Bartholdum de Krakevitz, S. Theol. Doct. ejusdemque in Academia Gryphiswaldenſi Profeſſ. celeberrimum, & Pomeraniæ citerioris Superintendentem generalem, hæreditarium in Præſenz, Frizo & Upatel, nobilem ex illuſtri Rugia Pomeranum, (prout matricula Facultatis noſtræ ipſum deſcribit) A. C. 1607. ætatis 21. prævia diſp. inaug. de Primatu Papæ, Decano D. Eilhardo Lubino, apud nos (Roſtochii) promotum, qui filius fuit Victoris de Krakevitz, hæreditarii in Præſenz. Plures beati Domini Superintendentis majores videas, ſi placet, in noſtro ſcriptorum Pomeranicorum faſcic. II. ubi p. 688. habes Victoris ab Habichorſtio hic ultimo loco commemorati, patrem Henricum hæreditarium in Præſenz & hypothecarium in Poſtelitz. Habes avum Victorem, cui ob merita in rempublicam Bogislaus X. Dux Pomeraniæ, Wittoviæ prædium Præſenz dono dedit. Habes denique & proavum Curtium, Dominum in Divitz, horumque conjuges conjugumque parentes, omnes ex antiquis generoſisque familiis oriundos. Ex ſtirpe tam generoſa tamque celebri indolem trahens nobilem

Kra-

Krakevitzius noster, a parentibus mox Deo, tanquam primogenitus & alter quidam Samuel, (raro inter nobiles ordinisque equestris homines exemplo) consecrabatur, eximiisque ac fidelissimis Præceptoribus tum in vicina Friedlandensi Schola, tum Rostochii in ædibus Seligmannianis, tum Colbergæ & in ædibus paternis committebatur. Horum industria suique simul ingenii præstantia feliciter adjutus, Deo benedicente usque adeo crescebat, ut incrementis majoribus capiendis idoneus, Academias invisere, & quidem an. 1693. mense Sept. ad hanc remeare academiam abs parente juberetur. In qua certe nihil eorum intermittebat, quæ partium fore suarum arbitraretur. Siquidem primum quidem Philosophicis (quæ juvenem decent, qui viam ad solidiorem Theologiæ scientiam affectat,) ductu Simonis Henningii, S. Theol. Doct. & Pastoris hic (Rostochii) Jacobæi perquam eruditi, maximoque ecclesiæ & Academiæ damno spe citius abrepti, nec non M. Gotofredi Weissii, Græcæ tunc L. Prof. dein Theol. Doct. & Superint. Luneburg. jam quoque beati, uti & M. Christiani Henr. Tielkii, nunc J. U. D. & Oratoriæ hic Prof. Publ. immo & historicis cura B. M. Gottlieb Mölleri, Gedanensis, Græcæ linguæ dehinc Prof. tandemque S. Theol. D. & in Athenæo patrio Philosophiæ primæ professoris, operam navabat. In Hebraicis vero mihi privatissime tanta adhæsit industria, ut brevi tempore eximios in sanctiori literatura progressus faceret.

Quo

Quo tempore & meo simul Collegio Theologico disputatorio in Augustanam Confess. & Formulam Concordiæ, ecclesiarum nostrarum Symbola, disputationibus octo & quadraginta absoluto, interesse volebat. Deinceps vero in Theologicis quoque tunc Collegiis, B. D. Schomero & Doct. Jo. Fechtio, uti & D. Jo. Nic. Quistorpio, nec non M. Paulo Pomian Pesarovio t. t. S. Th. Cand. jam Th. D. ejusdemque apud Regiomantanos Prof. Publ. & Pastori cathedr. Kniphofiano, uti & Electoralis Consistorii Sambiensis assessori, tam sedulum avidumque se auditorem præbebat, ut egregium eruditionis thesaurum sibi ab a. 1691. usque ad 95. adeoque integro quadriennii spatio acquisivisse judicaretur. Illumque simul thesaurum variis speciminibus publicis luculentissime iisdem adhuc annis probabat. Siquidem an. 1692. mense Jun. dissertationem de nobilitate studii Theologici ipse nobilis, præside memorato jam D. Fechtio, mascule defendit. Deinde vero an. 1694. mense Decembr. sub præsidio paulo ante dicti M. Mölleri, Gedanensis, dissertationem historicam ex Collegio ejus Bœcleriano publice propugnavit. Tandem sub meo quoque præsidio dissertationem exegetico-Theologicam de Lucifero, auroræ filio, admirabiliter e cœlis prolapso ex Jes. 14. v. 12. (quæ partis II. disputationum mearum quarta est) cum applausu publicitus an. 1695. mense April. & paulo quidem ante abitum ex hac universitate, habendo, famam industriæ atque eruditionis adauxit. Etenim se-

quen-

quente mox Majo menſe dicti jam anni 1695. terras quoque alieno ſole calentes viſurus, in Daniam per mare excurrit, ibique ſtudiorum profectus egregie tum in Academia Hafnienſi, tum in aula quoque regia, probatum ivit. Illic quidem præſide Doct. Hectore Gotofr. Maſio, S. Th. prof. & concionatore aulico celeberrimo, diſputationem Theologicam, a ſe conſcriptam, de mortificatione membrorum corporis, ad locum Coloſſ. III. 5. menſe Decembr. cum laude propugnando, (ut cætera ſtudiorum ibi continuatorum documenta prætream) hic vero in præſentia potentiſſimi & pietate pariter ac juſtitia celebratiſſimi regis, Chriſtiani V. cum gratia ſermones aliquot ſacros habendo. Quo factum, ut in poſtremis 6. hebdomadibus ordinariæ conciones, diebus profeſtis coram Sereniſſima Daniæ regina habendæ, ipſi fuerint demandatæ. Gratia vero optimi piique regis vel inde ſatis eluceſcit, quod ſtudiis viri altius provehendis 600. plane Imperiales deſtinare tunc fuerit dignatus. Hafnia ſequente anno 1696. reverſus, Lipſienſem quoque Academiam adibat, ne quid intentatum relinqueret. Quam egregia enim augmenta ibi locorum ſtudia ejus ſumſerint, vel inde collectu eſt proclive, quod dicto jam anno & ſequente 1697. viris undiquaque celebribus, D. Oleario, L. Ittigio, L. Seligmanno, L. Cypriano & L. Schmidio, aliisque, ſedulas accommodare aures animumque attentum non fuerit pigratus. Quod ipſum & honorifica ſatis teſtimonia, quibus tunc illum Lipſien-

sienses dimiserunt, eximie confirmant. Musis vero Lipsiensibus. an. 1697. relictis, iter quoque per viciniam suscepit. In quo sibi non tantum aulas, nempe Weissenfelsensem, Altenburgensem, Dresdensem & Berolinensem, sed & plures Academias, Jenensem scilicet, Erfurtinam, Halensem ac Wittenbergensem, invisere proficuum censebat. Cum vero exitus anni illius 1697. instaret: nostram revisere Academiam, ceu primam studiorum matrem, illique honoribus dehinc ambiendis dignum se ostensurus, sequente statim an. 1698. nova hic & quidem duo, eruditionis & industriæ specimina, præside D. Jo. Nic. Quistorpio, collega & fautore nostro perquam colendo, & prius quidem mense Martio de Christo unica spe nostra, quod decade quæstionum maxime controversarum constat, posterius vero mense Octobr. de auctoritate librorum Symbolicorum absoluta, quorum ipse autor est, edere publicitus non dubitabat. Sed, neque sic speciminum cursus hic consistebat. Cum enim in subselliis inferioribus subsistere nollet; sed eo majori studio cursuque ad altiora contenderet, quo majora & celebriora Proavi ejus, supra laudati D. Bartholdi de Krakevitz, S. Theol. Prof. apud Gryphisw. & Superintendentis generalis, apud nos quoque promoti, vestigia ante oculos versabantur ejus: non potuit, quin, ista lecturus vestigia, honores in Theologia ac potestatem alios docendi apud nos quoque ambiret. Proinde & superioris anni mense Nov. ad examen pro primo in Theol. gradu, quem Baccalaureatum dicunt, ex symbolicis ecclesiarum nostrarum libris & controversiis eo spe-

dantibus institutum, admissus, modis se omnibus idoneum ad illud ostendit, quod ambibat. Nec minus hoc ipsum in subsequente inaugurali disputatione pro gradu isthoc primo de non speranda extra ecclesiam Lutheranam salute, ad d. 23. Febr. anni currentis, eodem Præside D. Jo. Nic. Quistorpio, Facultatis Theol. t. t. Decano, demonstratum ivit. Unde & his solennibus cum laude præstitis, nostro consensu alios statim in Collegio docere Theologico, super Königii Theologiam positivam publicato, cœpit, imo in privatissimo quoque disputatorio super Catechesin Dieterici præsidendo se exercere, simulque in Hebraicis non omnino nullos erudire non intermisit. Cæterum, cum JCtus Halensis, Jacob. Frideric. Ludovici, qui sub Erici Fridlibii nomine latere voluit, hanc quoque inauguralem Beati viri disputationem in notissima illa Inquisitione indifferentismi religionum, Germanico idiomate conscripta, impugnasset: non solum ipse beatus autor nova eaque auctiore editione additaque apologia eam defendit: sed aliorum quoque celebrium virorum approbationem meruit, quorum testimonia ipse loco infra allegando adduxit. Nec illa quidem omnia sine fructu & successu hactenus fuit conatus. Siquidem illis, Deo dirigente, id effecit, ut non tantum hoc anno 1699. ab amplissimo civitatis Rostochiensis Senatu ecclesiæ ad archidiaconatum templi S. Mariæ primarii præsentaretur, sed ab aliis etiam bene cupientibus sereniſſimo Duci Meckelburgico regenti, Dn. Friderico Wilhelmo, Academiæ Patrono & cancellario magnificentissimo, de meliori commen-

mendaretur. Licet vero illic, habita cum laude singulari probatoria concione, non ipsum, sed alium, in electione archidiaconi sors tangeret: hic tamen Serenissimus eundem non præteribat, sed paulo post ad majorem illum dignitatem evecturus, præcipuam in Facultate Philosophica professionem (qua per 20. plane annos Augustus noster Varenius cum laude immortali ante Theologicam fuit hic functus) nempe Hebraicorum, decernere ipsi dignabatur. Cum vero academicam hanc Professionem, priusquam gradu quodam superiori coruscaret, per academiæ leges obire non posset, prætereaque fas esset cavere, ne, scripturas ex Ebræo fonte proponens, falcem in nostram Theologorum messem mitteret, siquidem non facile scripturas sine omni rerum Theologicarum mentione Philologus tractare potest: de gradu is superiori in Theologia (quæ scopus proraque & puppis ejus a teneris erat) solicitus ex consilio bene cupientium merito fuit. Quo fine & superiori Augusto mense anni hujus 1699. mihi, hoc tempore Decano, nomen suum decenter professus, eo faciliorem sane aditum ad majora hic ornamenta & privilegia invenit, quo fortiorem se virum jam ante, ceu relatum, in examine & disputatione pro Baccalaureatu voluit præstare. Cum enim disputationem quoque inauguralem pro Doctoratu jussu nostro super locum maxime controversum, Ezech. XX, 25. extantem, & in Apologia Aug. Confess. artic. de Votis monasticis, p. 283. allegatum, sed a Pietistis impugnatum, de Statutis non bonis, Israeli a Deo datis, singulari promtitudine & facundia, adeoque magno

applausu, sub meo, hoc tempore Decani, præsidio, his diebus (5. Octobr.) propugnaverit: certe magno quoque applausu læteque adeo riteque Doctorales in Theologia honores, studiorum illustre præmium, proxime instanti X. Oct. die, me quidem Decano & promotore, Pro-Cancellario autem Jo. Nic. Quistorpio, in solennissimo actu, cum JCtis & Medicis combinando, reportabit, pauloque post officium Professoris Ebræi hic inoffenso pede aggressurus, de consummando simul cum generosa virgine, Dorothea Margaretha de Vossen, B. Georgii Ulrici de Vos, equitum magistri quondam fortissimi & hæreditarii in Gevitz, uti & B. Annæ de Bulowen filia, B. Conradi Georgii de Bulow, hæreditarii in Harchensee nepte, conjugio (sine quo commode satis vivere non licet) cogitabit. Quod triplex sane decus ex animo ipsi gratulor & ampliora apprecor.

Hactenus Habichorstius. Refert ille vocationem ad professionem linguæ Ebrææ: Addimus eodem anno 1699.* Krakevitzium Catecheseos professorem fuisse constitutum, simulque conjugium, cujus Habichorstius facit mentionem, felicibus auspiciis ipsoque reformationis Lutheri die 31. Octobr. consummatum. Nec caruit illud divina benedictione. Vidit enim vir beatus ex suavissima conjuge filiolum, Frid. Georgium, an. 1700. de 15. Sept. natum, sed non ita multo post d. 1. Januar. an. 1701. defunctum. Vidit & alia divini amoris pignora dulcissima, tres

* Professio Ebr. Linguæ & Catech. Christ. in Acad. Rostoch. sunt connexæ. Addidit J. C. B.

tres filias virgines generosas lectissimasque, charissimi Patris obitum una cum generosa omnique virtutum genere ornatissima matre acerbe lugentes, Helenam Sophiam, Elisabetham, albo virginum nobilium monasterii Schlesvicensis inscriptas, & Mariam Louisam, cui Sereniſſima Princeps Strelizensis, abbatissa monasterii Kühn in Ducatu Megapolitano, ultro locum in dicto monasterio obtulit. Cæterum, ubi ad publicum docendi munus in Academia Rostochiensi promotus erat: corpore licet ægro ac infirmo, alacri tamen fortique animo ea præstare aggressus est, quæ officii ratio exigebant. Hinc publicis lectionibus in catechismum Lutheri majorem commentari cœpit. Deinde ad Geneseos explicationem ex fonte linguæ sanctæ progressus, jactisque linguæ Ebrææ fundamentis, Ruthæ historiam & Amosi vaticinium notis philologicis illustravit. Nec publicis scriptis eruditionis ac diligentiæ suæ specimina edere neglexit. Primo statim muneris sui anno 1700. d. 7. Febr. disputavit de regeneratione. Secutum est scriptum germanicum de termino peremtorio, Lipsiensium Theologo, Adamo Rechenbergio, oppositum, iterumque alterum an. 1701. idemque, tacente Rechenbergio, in hac causa ultimum. Plura cum addere nollet Vir optimus, nefas esse ducens cum tenebrione congredi, qui Rechenbergii causam defendendam susceperat: præter omnem suam culpam ipse in Terminismi incidit suspicionem. Sequente an. 1702. ventilata prius disputatione de Sepulchris patriarcharum, Saxonicas denuo lustraturus academias, mense Decemb. Magdeburgum profectus

fectus est. Ubi cum quatriduum esset commoratus ac eruditorum consuetudine usus, die 16. Dec. Lipsiam se contulit. Hic a celeberrimis Theologis, Ittigio & Seligmanno, ad colloquia admissus, ab ipso quoque Rechenbergio humanissime exceptus est, licet ipsi præsenti dissensum suum in controversia de Termino Peremtorio aperte testaretur, simulque declararet, in ipsa quoque disputandi methodo, Rechenbergio usitata, multa se deprehendere minime approbanda. Malevoli contra, hæc omnia in malam rapientes partem, eo fine hoc iter institutum fuisse calumniabantur, ut cum Rechenbergio in gratiam rediret, ejusque amplecteretur sententiam. Lipsia Halam transiit, inde Wittenbergam & denique Berolinum, ubi cum Lütkenium, Theologum in sacris literis versatissimum, & jam ante ex literarum commercio sibi familiarem, invisere vellet: ille, honore eum præveniens, in hospitio ipsum convenire non dubitavit. Inter alia de Peccatoribus in Spiritum S. sententias contulerunt. Ubi talia Lutkenium sentire deprehendit, quæ doctrinæ de gratia Dei universali aperte repugnare ipsi videbantur, ideoque nullo modo probanda essent. Nihilominus, cum hæc sibi servare virum doctissimum, nec publicis propalare scriptis aliisque obtrudere, multo minus oppositam sententiam hostili animo & convitiis oppugnare videret, quippe qui veritatis esset studiosissimus & ad cedendum, si rectiora edoctus fuisset, paratissimus; fraterno amore ipsi permansit addictus. Novam tamen hoc ipso vel invitus calumniandi occasionem præbuit malevolis, & morosis censoribus,

qui

qui omnis humanitatis amorisque expertes, non nisi fulmina ac tonitrua in quosvis dissentientes vibrare didicerant. Domum reversus, a. 1703. qua ceperat diligentia, legendo ac disputando contra Novatores & Pietistas studia officiaque sua exequi perrexit. Quod ubi ad aures sereniſſimi Megapolitani Ducis, Friderici Wilhelmi, pervenit: sponte vocationem ad Ephoriam Parchimensem is ipsi obtulit. Quam tamen corporis viriumque, qua tunc laborabat, infirmitate impeditus, multorumque studiosorum precibus inductus, acceptare recusavit. Cæterum, inter alia hujus anni scripta B. proavi sui, Barth. Krakevitzii, prælo subjecit tractatum de confessione privata, nova appendice auctum, qua recentiores de Confessione controversias excusserat. Hoc cæterisque suis laboribus licet sincerum orthodoxiæ studium demonstrare vellet, &, uti quidem ego opinor, satis luculenter demonstrasset: non tamen omnino impedire potuit, quominus & ipse Pietismi insimularetur, saltem cum hujusmodi quid ausus esset, quod a recepta tantum docendi methodo discedebat, cæterum vero ipsi doctrinæ nullum creabat periculum, contra vero & academiæ & eccleſiæ Rostochiensi insignem utique promittebat fructum. Nimirum, ignorantiam rerum divinarum, indeque promanantem impietatem, in multis Academiæ Rostochiensis civibus conspicuam, ægerrimo ferens animo, publico programmate, sed germanico idiomate scripto, omnium ordinum Studiosos ad lectiones Catecheticas, itidem lingua vernacula recitandas an. 1704. invitabat. Quod institutum, a multis probis doctisque

viris ceu pium oppidoque necessarium laudatum, cum nonnullis nescio quid mali portendere videretur; illi quidem autorem Novatoris ac Pietistæ nomine traducere non dubitarunt, id suis criminationibus unice quærentes, ut ejus operam studiosis redderent invisam, horumque animos ab eo averterent. Nec intra Rostochii mœnia tantum hæc serpebat calumnia: sed exterorum quoque occupaverat animos, qui de fama atque orthodoxia beati viri sinistre judicare cœperant. His itaque, ut obviam iret; an. 1706. publico scripto (ausführliche Vorstellung wegen seiner auf der Universität Rostock geführten Lehre) rei gestæ historiam exposuit, simulque studiorum & operum suorum academicorum recensione ipsorumque Theologorum Rostochiensium testimonio adversariorum calumnias feliciter profligavit. Eodem anno Christiani Democriti infallibilem methodum omnes conciliandi religiones sub examen vocavit, postea an. 1712. contra ejusdem sic dictum clypeum veritatis alio scripto germanico vindicandum. Quibus aliisque orthodoxiæ testimoniis, an. 1705. & 1706. editis, id promeruit, ut a B. Jo. Frid. Mayero nostro dignus fuerit judicatus, qui in locum demortui Dassovii nostri succederet. Quemadmodum temporis successu Servestani quoque, Dantiscani, Holsati aliique, ipsius desiderarunt operam, quam tamen adversa, qua cum sæpius luctababatur, valetudo illis denegare coëgit. Sed ecce! jam novum pro orthodoxiæ fama certamen. Examini, contra Dippelium scripto, inseruerat vir beatus Consilium Theologicum, qua ratione unio Lutheranorum

rum & Reformatorum ecclesiastica promoveri posset. Id vero sine censura dimittere non poterat Seb. Edzardi, ipse quoque in clypeo veritatis impugnaverat Democritus. In primis tamen metuendum erat, ne censura Hamburgensis autorem in suspicionem Syncretismi adduceret. Ut itaque utrique occurreret adversario, an. 1707. vindicias consilii sui scripsit, a Theologis Rostochiensibus approbatas. Sed, ne illorum quidem efficere potuit autoritas, ut quieti se daret Edzardi. Inde altera successit Krakevitzii apologia, qua, frustra & sine ratione ab adversario se infestari, demonstrabat. Hoc cum Edzardi nullo modo ferre posset, frivolas ac inanes litigationes bonæ notæ Theologo haud convenire, probe intelligens: tertia vice in campum prodire suamque defendere maluit causam, quam cum dedecore ex pugna discedere; frustra tamen adversarium provocans, quippe qui operæ pretium haud esse ducebat cum illo ulterius contendere. Nec ex silentio suo quicquam vir beatus percepit damni, eximio potius diligentiæ suæ atque eruditionis præmio an. 1708. a Principe donatus, sparta nempe Theologica, qua ipsi facultas concessa extra ordinem Theologiam in academia Rostochiensi docendi. Nec hic substitit principis gratia, sed an. 1713. addidit quoque Professionem Theologiæ ordinariam, eandemque primariam, simulque illum Circuli Mecklenburgici Superintendentem, & Consistorii Ducalis assessorem constituit. Jam vero, si omnia & singula, ab eo tempore usque ad an. 1721. quo, relicto Rostochio, nostram ornare cœpit academiam, ab illo gesta, ordine recensere

vellem, quanto studio legendo, disputando, perorando, Academiæ gloriam augere, civiumque academicorum commodis inservire laboraverit, quot vicibus Academiæ gesserit sceptra solennesque Doctorum instituerit promotiones, & alia, quæ & viro beato honori cedunt & merita ejus in ecclesiam & Academiam reddere possunt illustriora: vereor, ne & Lectoris abutar patientia & justos programmatis limites excedam. Istis ergo brevitatis causa hic omissis, quæ si placet, ex annexo Catalogo operum suppleri possunt: nunc quidem id maxime commemorandum est, quod fama ejus, inter ipsum armorum strepitum in nostram quoque Pomeraniam ejusque Procerum animos penetrans, adeo quidem illorum ipsi conciliaverit gratiam, ut eum unice dignum judicaverit, quem Sereniſſimo potentiſſimoque Suecorum Regi, Carolo XII. commendarent in locum B. Mayeri successorem, ipsam quoque vocationem, licet Stralesundiam hostiles jam infestare cœpissent copiæ, rectissime ad illum perferri curavit. Hic itaque ex consiliis Theologorum Wittenbergensium, Hamburgensium & Lubecensium, vocationis suæ divinam agnoscens originem, supremi Numinis voluntati obsequendum esse, omnino judicavit. Cum vero Rex glorioſiſſimæ memoriæ prævideret, Krakevitzium isto tempore munere suo (siquidem hostes jam universam Pomeraniam, exceptis Stralsundia & Rugia, occupaverant) commode defungi non posse; sereniſſimo Megapolensium Duci, Carolo Leopoldo, clementissime indulsit, ut ecclesiis Meckel-

ckelburgicis aliquantisper adhuc præesset. Interea, cum dicto anno exeunte Stralsunda, in Regis Daniæ perveniret potestatem, & vir beatus dubius esset, quid sibi pro rerum istarum statu incumberet, tutissimum arbitratus est Regis sui Caroli XII. expectare jussa. Ex his vero intellexit, eo usque Rostochii permanendum esse, donec Pomerania cum Rugia in Suecorum potestatem redirent, cum interim B. Dn. D. Brand. Henr. Gebhardi ex voluntate Seteniſſimi Danorum Regis Generalis Superintendentis munere fungeretur. Ubi vero an. 1721. Pomerania Suecis restituta est: Krakevitzius jussu Regis ac Domini nostri clementissimi, Friderici I. Dom. Exaudi hic Gryphiswaldiæ ritu moreque majorum in æde S. Nicolai ad officium suum inauguratus est, & die 4. Junii in Concilium Academicum receptus. Sic ergo humillima venerabatur mente, quod ex mera divina providentia ad illa ipsa officia, immo & plura alia, evectus fuisset, quibus olim B. proavus, Bartholdus Krakevitzius, ita præfuit, ut omni imitatione dignum successoribus suis, adeoque & sibi exemplum, reliquerit. Quam feliciter beati Proavi vestigia secutus sit, inter omnes constat. Ideoque ulterioris recensionis labore hic supersedere possem, nisi & posteris celeberrimi viri merita, commendanda essent. Vix in Concilium Academicum recepto singulari quodam fato sceptra Academiæ tradebantur. Quo ipso occasionem nactus gloriam commodaque ejus egregie promovendi. Quod etiam non illo solum anno, sed sequentibus quoque, quantum humana per-

permisit infirmitas, a qua minime alienus erat, strenue præstitit docendo, disputando, scribendo, perorando, ut subjectus operum Academicorum index ostendit, maxime vero historica illa relatio de motibus & controversiis Theologicis nostræ Academiæ, ex actis publicis conscripta & paulo ante obitum in lucem edita. In cathedra ecclesiastica Oratorem se exhibuit non solum diligentissimum, sed etiam facundissimum, vir in dicendo exercitatissimus, qui aureo orationis flumine verbisque dulcissimis aliorum sibi conciliare gratiam optime didicerat. Nec ea neglexit, sed summa perficere studuit fide, quæ Ministerium nostrum Synodumque concernebant. In rebus Consistorii peragendis vidimus promtissimum feliciſſimumque. Et quanta fide ac dexteritate Gutzkovienſis civitatis pariter & ecclesiæ restaurationem admaturaverit, nemini ignotum est. Clero consiliis saluberrimis nunquam defuit vir laboriosissimus, in ejus privilegiis ac immunitatibus defendendis vigilantissimus, adeo quidem, ut nec præterito anno ipsam adire Sueciam ibique voce pariter ac scriptis cleri agere causam detrectaverit, summa a Rege clementissimo, Sereniſſima Regina, & cæteris regni senatoribus aliisque magnatibus exceptus gratia, felix hac in parte omnino dicendus. quod de multorum Principum illustriumque virorum gratia in Suecia, Dania, & Wolfenbuttelensi ac Megapolitanis aulis, nostra denique Pomerania, gloriari potuerit, qui & epistolis, propria manu scriptis, & donis muneribusque, tantis personis dignis, suum

um non nunquam testabantur favorem. Non tamen hæc summorum virorum gratia ab aliorum inferioris sortis hominum invidia ac injuriis plane immunem præstare potuit, quos sæpissime sibi expertus est infensissimos, horum tamen, quod speramus, pravas, callidasque machinationes facile eversurus, si per fata ipsi diutius vivere licuisset. Et quid gratius, quid magis academiæ nostrisque ecclesiis accidere potuisset proficuum, si vota nostra exaudire, tantoque viro longiorem lucis usuram concedere voluisset divinum Numen. Sed aliter huic supremo rerum humanarum arbitro visum, cui, ne diutius hostium suorum insultibus expositus esset, ex militante in triumphantem ecclesiam ipsum transferre placuit, ubi perpetua dulcissimaque frueretur pace. Quod qua ratione factum sit, verbis viri experientissimi, Dn. D. Joh. Lembken, Med. Prof. in hac Academia celeberrimi, Collegæ atque fautoris mei honoratissimi, cujus curæ se commiserat vir beatus, exponere placet. Valetudo corporis Viro beato multis abhinc annis parum constabat, febrium præcipue catarrhalium, cum tussi difficillima conjunctarum, nec non affectuum hypochondriacarum insultibus subinde expositio. Prioris mali, elapso æquinoctio vernali hujus anni, impetus in eundem convertebantur quam maxime. Salutis vero publicæ cum esset cupidissimus, non recusavit, cum dicta febre licet conflictatus, quædam suscipere itinera, quorum necessitatem sibi impositam esse perspiciebat. Quibus confectis, cum die 30. Martii sacra usus fuisset

cœ-

cœna, morbus die IV. Aprilis Eum languentem lecto affixit, intensior adeo redditus, ut non solum a febri vexaretur gravius, sed in sinistra quoque thoracis parte dolores, morborum Ipsius comites quippe individuos, sentiret acerbiores asperioresque. Die XI. Aprilis frigus quoddam, totum per diem tractum, Eum invasit, postquam antea per aliquot dierum spatium plurimos partium internarum spasmos fuerat perpessus. Frigus illud calor intensissimus, & hujus remissionem die XIII. Aprilis ejectio materiæ fœtentis per tussim, ruptæ vomicæ pulmonis indicium, excipiebat. Quæ materiæ ejectio modo erat intensior, modo remissior, Ejusdemque malignitas iudicabatur esse eo gravior, cum eidem admixtæ apparerent particulæ pulmonum nigricantis coloris teterrimique odoris, putredinem ac gangrænam pulmonum annunciantes. Ipse interim Krakevitzius animo intrepido atque tranquillo perferebat, quæ a sapientissima gratiosissimaque Dei manu sibi imposita esse noverat. Cœlestia meditabatur, dulcissimisque evangelii promissionibus fidem spemque salutis, mox juvante Deo obtinendæ, sustentabat confirmabatque, divino quoque solatio suavissime recreatus, cum inter alia in somno vim illorum persentiret verborum, quibus olim Paulum confortabat divina gratia: Laß dir an meiner Gnade genügen, denn meine Krafft ist in dem Schwachen mächtig. Inde magno fortique animo dilectissimam conjugem charissimasque filias ad patientiam fidemque in Deo collocandam excitare poterat, quam

quam ipse ex verbo divino percepisset voluptatem, læto prædicans ore illisque exponens. Interim malum indies ingravescebat, sensimque corpus ita debilitabat, ut viribus pene exhauriretur. Inprimis putredo, quam modo diximus, pulmones consumens, nullisque cohibenda remediis, vas quoddam in pulmonibus sanguiferum, idque magnum satis, exederat. Unde tanta sanguinis copia die 2. Maji post horam secundam pomeridianam cœpit inopinato effluere, ut quamvis intra spatium duorum vel trium minutorum, quibus hæc hæmorrhagia durabat, ultra mensuram unam excerneretur, ob maximum tamen ex vase læso effluxum arteria aspera sanguine ita compleretur, ut, respiratione ulteriori præclusa, spiritum vir optimus Deo redderet anno ætatis quinquagesimo & octavo. Ita ergo in hac ærumnarum & tentationum palæstra varie jactatus, ad serenum tandem tranquillitatis portum & cœlestis gaudii societatem feliciter deductus, nunc æternum triumphat. Nos triumphum hunc toto pectore ipsi gratulamur, æternumque in animis nostris virtutum ac meritorum ipsi statuimus monumentum, nulla unquam oblivione delendum.

Jam vero funus ipsum, Cives Optimi, hodie post tertiam, ut nostis, pomeridianam ducetur, habitaque concione dormitorio suo decenter inferenda sunt ossa. Adeste igitur, & supremi honoris officium Doctori vestro & evergetæ fidelissimo ea pietate ac reverentia exhibete, qua omni-

omnibus ille modis vos, cum viveret, sibi devinxit. Præstabitis vero, si apparatissimas acerbi funeris exequias frequenti comitatu prosequamini, mœstissimæque viduæ ac liberis afflictissimis hoc, quidquid est honoris ac solatiorum, haud impertiamini difficiles.

XVII.

Verzeichnis
Seiner gedruckten und ungedruckten Schrifften.

*** ***

M DC XCII.

Disp. de Nobilitate studii Theologici sub Præs. Jo. Fechtii.

M DC XCV.

Disp. de Mortificatione membrorum corporis, Coloss. III, 5. sub Præs. H. G. Masii.

M DC XCVIII.

Disp. de Christo unica spe nostra, sub Præs. J. N. Quistorpii.

Disp.

Disp. de autoritate librorum Symbolicor, absoluta sub Præs. ejusdem.

M DC XCIX.

Disp. pro Baccal. de non speranda extra ecclesiam Lutheranam salute sub Præs. J. N. Quistorpii.

Disp. inaug. pro Doctor. ad Ezech. XX, 25. de statutis non bonis, Israelis datis, sub Præsid. Habichorstii.

Anno M DCC.

Disp. de Regeneratione.

Schrifftmäßige Untersuchung der Lehre, de Termino gratiæ.

Anno M DCC I.

Antwort auf A. Rechenbergs dritte Beylage zu dem deutlichen Vortrage der Lehre vom Termino.

Anno M DCC II.

Disp. de sepulchris Patriarcharum.

Anno M DCC III.

Primum historiæ passionis dominicæ segmentum, ex antiquitate Judaica & Philologia illustratum.

Disp. de Qu. An liceat sacrum deponere officium.

Segmentum Hist. Pass. dom. de muliere Christum Bethaniæ ungente.

Disp. de Paulo Apostolo post sui conversionem adhuc Pharisæo.

Barth. Krakevitzii Christlicher und GOttes Wort zustimmender Beicht-Stuhl, cum Præf. A. J. Krakevitzii, ejusque bescheidener Untersuchung der neuesten Streit-Fragen vom Beicht-Stuhl, in 8.

Anno MDCCIV.

Segmentum hist. pass. dom. de Juda proditionis mercedem pacisçente.

Disp. ad Psalm LXXII, 17.

Schrifftliche Anrede an die sämtliche auf der Universität Rostock Studirende, in welcher selbige in die öffentliche Lectiones über den Catechismum Lutheri eingeladen werden.

Disp. ad Act. V. 15. De umbra Petri morbosos sanante.

Progr. de Justo Zelo Theologico, Exemplo B. Barth. Krakevitzii contra Arnoldum vindicato, præmissum disp. priv. in Synopsin Schelwigii.

Summa Theologiæ Chemnitianæ, excerpta quondam opera Mentzeri; nunc autem positionibus quibusdam, ex recentiori Theologia Polem. desumtis, aucta.

Anno

Anno MDCCV.

Præf. de concordia cum detrimento veritatis optanda præmissa B. Krakevitzii Diss. de Præpostera rituum & inprimis exorcismi, abrogatione.

Disp. de adiaphoris in communi vita occurrentibus.

Harmonia Pauli & Mosis circa Jacobum filiis Josephi benedicentem.

Diss. de Mortuorum resurrectione Sylloge controversiarum Anti - Calvinianarum in usum privati exercitii disputat. collecta.

Disp. de Angelis.

Disp. ad Jobi XXIII. 12. Ich bewahre die Rede.

Anno MDCCVI.

Disp. de Semine mulieris ab omni semine serpentino immuni, contra Democritum.

Disp. de Bileamo impio, Spiritus S. donis administrantibus quidem ornato, sanctificantibus vero destituto, contra eund.

Progr. ad dispp. priv. in A. C. Apol. A. C. &. Artic. Schmalc. in quo Phil. II. 3, adversus hostes LL. Symb. vindicatur.

Hist. Pass. dom. quoad ultimum paschale Christi convivium.

Sylloge thesium, ex universa Theologia depromtarum, adjecta sincera declaratione orthodoxiæ suæ

Ausführliche Vorstellung wegen seiner auf der Universität Rostock geführten Lehre.

Erwegung der so genanten ohnfehlbaren Methode, alle Secten zu einer Kirchen und Religion zu bringen, unter dem Titul: Ein Hirt und eine Heerde, durch C. Democritum publiciret.

Anno MDCCVII.

Vorschlag, nach welchen die Union zwischen Lutherischen und Reformirten zu befodern, wider Edzardum und Democritum gerettet.

Kurtze und endliche Anzeige, daß Edzardi vergeblich wider ihn stritte.

Antipapismus, 24. disp. Antipontificiis constans.

Hist. Pass. dom. quoad pedilavium Christi.

Der auf der Universität Rostock angelegte Wittwen-Kasten.

Anno MDCCVIII.

Theologia Symbolica, hodiernis indifferentistis, Pietistis ac Fanaticis, maxime contraria. Recusa an. 1725.

Hist.

Hist. Pass. dom. Segm. de animarum nostrarum sponso ac sponsore, in monte oliveti internis animæ doloribus excruciato.

Anno MDCCIX.

Bedencken, ob man ausser dem Nothfall das Abendmahl privatim austheilen und empfangen könne. Cum nova præf. recus. 1724. in 4.

Hist. Pass. Segmentum de Proditoria Christi in horto captivitate.

Disp. de excommunicatione ecclesiastica.

Anno MDCCXI.

Oratio de Theologia experimentali anno 1708. cum munus Prof. Theol. auspicaretur, recitata.

Disp. de Nummo confessionario absque ministrorum ecclesiæ damno abrogabili.

Disp. de Nummo necessitatis, contra Sebachium.

Progr. Studium Theologiæ posit: commendans & ad Dispp. privatas invitans.

Anno MDCCXII.

Gründlicher Vortrag der fürnehmsten Christ-

Lutherischen Glaubens-Lehren wieder Democriti Schild der Wahrheit in 8.

Anno MDCCXIII.

Gemachte Veranstaltung in dem Armhause zu Brüel, wegen des daselbst anzustellenden GOttes Dienstes.

Anno MDCCXIV.

Disp. de Nobis in Christo ad Joh. XIV. 20. Theses ex recentiori Theologia polemica.

Anno MDCCXV.

Progr. Pentecost. de gloriosa Spir. S. in templis Christianorum præsentia.
Disp. inaug. & Zulichii de Theologia Dæmonum
Progr. in fun. Henr. Geismari.
Progr. in fun. D. Quistorpii.
Diss. de conversione gentilium hactenus nequaquam neglecta, speranda tamen ulterius & promovenda.
Progr. in fun. Cath. Konigiæ.
Propr. in festo Michaelis.
Admonitio ad Studiosos de observanda lege contra monomachiam repetita.

Progr.

Progr. in fun. J. G. Wetcken.

Anno MDCCXVI.

Progr. in fun. H. R. Redeckeri.

Progr. in fun. Johannis Fechtii.

Progr. in fun. Johannis Fechtii, nomine Facultatis Theol. ſcriptum.

Progr. in fun. Cath. Blocksdorfiæ.

Diſſ. de abſolutione individuali.

Diſſ. de abſolutione miniſteriali & declarativa & collativa, contra Joach. Langium.

Anno MDCCXVII.

Examen novæ hypoth. de Luthero ante Lutheranismum.

Vollſtändige Nachricht von dem zweyten Jubel-Feſt der Evangeliſch-Lutheriſchen Kirchen, wie es auf der Univerſität Roſtock celebriret worden.

Mecklenburgiſcher Catechiſmus.

Anno MDCCXVIII.

Progr. Pentecoſt. de Spiritu gratiæ & precum Zach. XII, 10.

Progr. invitans ad audiendam Confeſſionem Phil.

Phil. Treffneri, L. L. cult. a Papismo ad Lutheranismum transeuntis.

Progr. in fun. B. J. Eggerdes.

Progr. in fun. Matth. Steinii. J. U. D. & Prof.

Progr. in Festo Michaelis.

Anno M DCC XXI.

Disp. de Perfecta libertatis lege Jac. I, 25.

Progr. in fun. Caroli Arndii, L. E. & Catech. Prof.

Anno M DCC XXII.

Progr. in fun. Stan. Grendelburgii.

Progr. de Qu. An impius & irregenitus stilo Scripturæ S. illuminatus dici queat, contra J. F. Buddeum, invitans ad Lect. Curs. Dn. G. Langemack.

Progr. de forma pœnarum infernalium ad disp. inaug. D. G. Langemack.

Progr. Quod fides sola justificet, nunquam tamen maneat sola, ad Lect. Curs. G. F. Stiberi.

Progr. ad disp. inaug. Stiberi.

Progr. de Litera & Spiritu, ad Lect. Curs. D. Jo. Zeidleri.

Progr. de non instituta in conversione Pauli cum

cum carne & sanguine collatione, ad disp. inaugur. Zeidleri.

Progr. in Festo Pasch. de veritate resurrectionis Christi.

Progr. Pentecost. Spiritum S. vitæ gratiosæ ac gloriosæ autorem demonstrans.

Progr. in Festo Michaelis: Quanta sit illa hominum dignitas, quod ipsorum in commoda angelorum quoque destinatum sit ministerium.

Progr. in Festo Nativ. formam Christi pro nobis nati, non vero in nobis nascendi, commendans.

Huldigungs-Predigt über 1. Tim. II, 1, 2. in Stralsund gehalten.

Anno M DCC XXIII.

Progr. Paschale ad 1. Cor. V, 6. 7. 8.

Vorrede zu dem Pommerischen Gesangbuch.

Anno M DCC XXV.

Doctrina Pomeranorum de confessione & absolutione privata, nec non de excommunicatione.

Pommerischer Catechisinus.

Anno M D CCXXVI.

Disp. de beatitudine fidelium V. T. non sine Fidelibus N. T. consummanda. Ebr. XI. 39. 40.

Thesium ex universa Theologia Pars I. II. III.

Anno M D CC XXVII.

Thesium ex universa Theologia Pars IV.

Disp. de Hominibus propriis ac militibus fuga sibi consulentibus, in quantum illi ad sacram cœnam sint admissibiles.

Anno M D CCXXVIII.

Disp. de Sacerdotibus ac Levitis Novi Test.

Anno M D CCXXIX.

Scrutinium veritatis de illuminatione.

Das Lob der Heiligkeit GOTTES ad Phil. II. 12. 13. in einer Leich-Predigt, so Anno 1725. auf die Frau Præpos. Buschmannen gehalten.

Das zu GOTT und Menschen um Hülffe und Erbarmen schreyende Gützkow.

Statuta der Greiffswaldischen Prediger-Wittwen-Casse, nebst einer Vorrede.

Anno M D CCXXX.

Vorrede zur Augsb. Confess. als dieselbe zu Greiffswald im Jubilæo gedruckt ward.

Discus-

Discussio dubiorum extantiorum August. Confess. hactenus objectorum.

Progr. de nomine Fanatici, ad Lect. curs. & disput. inaug. Dn. D. Nic. Koppen.

Progr. de Doctore in fide & veritate ad Lect. curs. & disp. inaug. Dn. Car. Joach. Sibeth.

Anno M DCC XXXI.

Historische Nachricht von dem zu Greiffswald gefeyreten andern hundertjährigen Jubilæo der Augsb. Confess. in fol.

Anno MDCCXXXII.

Actenmäßiger Bericht von denen vor einigen Jahren auf der Greiffswaldischen Universität erregten Theologischen Controversien, in 4.

Manuscripta.

Orat. in Promot. Doctorali ad Amos V, 26. seqq. 1700.

Orat. cum munus Prof. L. E. auspicaretur de cognitione L. E. Theologo necessaria 1700.

Orat. sub auspic. Prof. Theol. *de Theologo milite* 1713.

Orat. *de Concordia inter cooperarios in vinea spirituali sancte colenda & servanda*, in Introd. Superint. Gustrov. Schaperi 1714.

Orat. Lat. in exequ. Frid. Wilhelmi Duc. Megapol. 1714.

Orat. sub auspic. Rector. *de Academicorum libertate, tam genuina quam spuria* 1715.

Oratio in Promotione Zülichii *de votis religiosorum parentum in consecrandis ad sanctiora studia Theologica filiis* 1715.

Orat. in Promot. Quandtii de Qu. *Quare in profligando Pietismo omnis fere Theologorum hodie occupata sit industria?*

Orat. cum Rectoratu se abdicaret: *Quomodo genuina pietas in Academiis sit promovenda?* 1715.

Orat. *de Singularibus apparitionibus, nocturno tempore haud ita pridem in aëre visis*, cum loco Schopferi denuo Rectoratum susciperet 1716.

Orat. *de Vaticiniis Ottomannico imperio ruinam minitantibus*, cum a Rectoratu discederet 1716.

Orat. *Jubil.* 3. constans partibus 1) quid Jubilæum seculare. 2) Quæ causæ, quæ ad condignam illius celebrationem movere & excitare possunt 3) Quomodo hoc Jubilæum rite recteque sit transigendum 1717.

Oratio paneg. in Natali Caroli Leopoldi, Duc. Megap. von der heiligen und unausetzlich zu verehrenden Majestät der Fürsten 1718.

Orat. sub auspiciis Rector: de Qu. *An Theologis magistratus, vel Judicis officium committendum sit?* 1718.

Orat. sub exitu Rector. de Qu. *An etiam Theologus, Academiæ Rector, juramento Rectorali sit obligandus* 1718.

Orat.

Orat. sub auspic. Rectoratus *de Utilitate ex funesta αὐτοχείρων morte capienda* 1721.

Orat. cum Rectoratu abiret de Qu. *An Theologus in judicio ecclesiastico Præsidis munere fungi possit?*

Orat. sub auspic. Rectoratus Gryphisw. *de Vera pietatis studium promovendi ratione* 1722.

Orat. in Promot. Theol. *breviores pro Bugenhagio contra Gothofr. Arnoldum exhibens vindicias* 1722.

Orat. cum Rectoratui valediceret *de Pietate in Academiis promovenda* 1723.

Orat. in promot. Med. *pro commendando studio Logices* 1723.

Orat. in Promot. Magist. *pro commendando studio metaphysices* 1726.

Orat. in Promot. Magister. *de imperfecta Academicorum scientia* 1729.

Orat. in Promot. Jurid. de Qu. *An Christiano ludere liceat* 1730.

Orat. in Promot. Magist. *de Discrimine Justitiæ Philosophicæ & Christianæ* 1730.

Orat. in Promot. Theol. *de Admiranda Dei providentia, quæ exinde elucet, quod ad ecclesiæ suæ plantationem & propagationem, immo etiam ad eius conservationem, sanctissimum Numen non modo*

do utatur ministerio hominum Zelo fervidorum, sed etiam mitissimorum ac moderatorum 1730.

Orat. Jubil. *Hist. Aug. Conf.* recensens 1730.

Orat. in Promot. Magister. *ad 1. Cor, III, v. 18. 19. 20.* 1731.

XVIII.

Todes-Fälle einiger anderer berühmten GOttes-Gelehrten.

Ausser denen in der A. Theol. Bibl. schon erwehnten, gehören hieher folgende:

I. D. *Joh. Clodius*, Superint. zu Grossen-Hayn, starb im Jun. 1733. im 88. Jahre seines Alters, und 60sten seines Ministerii, als Senior von allen Chur-Sächsischen Predigern. Er war von Neustadt bey Stolpen gebürtig, und ist erst Superint. zu Schlieben, im Chur-Creisse gewesen.

II. M. **Paul Adolph Krohne**, Superint. und Consistorialis zu Mühlhausen, starb im May 1733. im 54. Jahr seines Alters. Er war von Lemgo in Westphalen gebürtig, da er Anno 1679. an die Welt gekommen. Ist erst Past. zu Grabe, bey

bey Mühlhausen, hernach Past. zu St. Georg in der Vorstadt daselbst, von dar Past. zu St. Andr. in Erfurth, und endlich Sup. zu Mühlhausen gewesen, da er 1729. Herrn D Lungershausen succediret, welchen Amte er aber nicht länger als 4. Jahr vorgestanden. Denn als ihn im April 1733. der Pöbel wegen einer scharffen Straf-Predigt sehr insultiret, kränckte er sich dergestalt darüber, daß ihm der Schlag rührete.*

III. M. **Christian August Hausen**, starb den 20. Sept. 1733. im 70. Jahr seines Alters. Geb. zu Sangerhausen den 6 Aug. 1663. Erst Diac. zu Tschopau, hernach Prediger zu St. Sophien in Dreßden, ferner Mittags-Prediger bey der Creutz-Kirche daselbst ꝛc. und endlich Stadt- und Amts-Prediger zu U. L. Frauen. Von seinen Schriften ist in der A. Theol. Bibl. Erwehnung geschehen.

IV. **Johann Benedict Carpzov**, Theol. Baccal. Lingu. Hebr. P. P. Extraord. und Prediger im Lazareth zu Leipzig, st. den 18. Aug. 1733. im 63. Jahr seines Alters.

* Genealogischer Archivarius, 1733. Part. VII. p. 222.

V. D. *Henr. Muhlius*, Gen. Sup. und Theol. Prof. Prim. zu Kiel, st. 1733.

VI. D. *Franc. Wokenius*, Prof. LL. OO. zu Wittenberg, starb den 18. Febr. 1734. ohnvermuthet.

VII. M. **Joh. Liborius Zimmermann**, Prof. Theol. zu Halle. Er war aus Wernigeroda gebürtig, studirte in Jena, wurde daselbst Magister, disputirte einigemahl, las auch Collegia, nahm darauf einen Beruf als Gräflicher Hof-Prediger und Consistorialis zu Wernigerode an, und folgete 1731. dem nach Giessen berufenen Herrn D. Rambachen in der Stelle eines Prof. Theol. Ord. welche nun Herr **Sieginund Jacob Baumgarten** erhalten hat.

VIII. D. **Johann Andreas Gleich**, Ober-Consistorial-Rath, und ältester Hof-Prediger zu Dreßden, starb den 1. Aug. 1734. an einem Steck- und Schlag-Fluß, nach dem er nur 4. Tage kranck darnieder gelegen, im 68. Jahre seines Alters, und im 44. Jahre seines rühmlichst geführten Predigt-Amts, da er 6. Jahre in Torgau Prediger, und 38. Jahr Hof-Prediger in Dreßden gewesen. Er ist den 3. Aug. Abends nach einer vom Herrn Hof-Prediger Engellschalln gehaltenen Stand-Rede in die Sophien-Kirche unter Begleitung vornehmer Personen mit

12. Trauer-

12. Trauer-Wagen, zu seiner Ruhe-Stätte gebracht worden. Den 15. ejusd. Sonntags Mittags hat Herr D. Marperger die Gedächtnis-Predigt über den vom Wohlseel. erwehlten Leichen-Text 1. Tim. I, 15 ⁊⁊ 17. gehalten. Die Leidtragenden fuhren mit 8. Trauer-Wagen unter Läutung aller Glocken in- und ausser der Vestung. Bey dieser Gedächtnis-Predigt war eine Volckreiche Versammlung, und viele Grossen des Hofes, auch die eben zu Dreßden versammlete hochlöbliche Landes-Stände zugegen. Es ist auch eine Trauer-Music, nebst andern gewöhnlichen Ehren-Bezeigungen und Ceremonien, allergnädigst bewilliget worden. S. von des seel. Mannes Leben, und Schriften die A. Theol. Bibliotheck.

IX. D. **George Siegmund Green**, Superint. zu Chemnitz, ein Schwager des seel. Herrn D. Gleichs, starb den 9. Aug. 1734. im 61. Jahr seines Alters, und im 29. Jahr seines Superint. Amts. War erst Archi-Diac. zu Luccau, hernach Past. Prim. auch Schloß- und Witthums-Prediger zu Dobrilug, und endlich Sup. zu Chemnitz. Unter allen Superintendenten, so seit der Reformation zu Chemnitz gelebet, hat der Wohlseel. diesem Amt am längsten vorgestanden. Denn dieses Amt haben geführet:

M. Wolfgang *Fusius*, 12. Jahr.
M. *Nic. Picus* oder Specht, 1. Jahr.
M. Christian *Sagittarius*, oder Schütz, 2. Jahr.
M. Johann Tettelbach, 12. Jahr.
M. Martin Rößler, 4. Jahr.
D. George Langevoigt, 6. Jahr.
M. George Ruta, oder Raute, 17. Jahr.
D. *Laurent. Drabitius*, 10. Jahr.
M. Johann Müller, 6. Jahr.
M. Nic. Rost, 2. Jahr.
M. Zachäus Faber, 25. Jahr.
D. *Balthasar Balduin*, 2. Jahr.
M. Johann Dürr, 2. Jahr.
M. Sebast. Hommel, 11. Jahr.
M. Christian Engel, 7. Jahr.
L. Elias Rehebold, 4. Jahr.
D. Friedrich Holtzmann, 14. Jahr.
M. Albinus Seyfried, 10. Jahr.
M. Johann Wilhelm Hilliger, 19. Jahr.
D. George Siegmund Green, bis ins 29. Jahr.

❁ ❁ ❁

Am 24. Aug. 1734. ist der Cardinal Alexander Aldobrandini zu Ferrara im 67sten Jahre seines Alters gestorben. Er war aus dem alten Florentinischen Geschlechte dieses Nahmens entsprossen, und ist 1730. ins Cardinals-Collegium erhoben worden, ꝛc.

XIX.

XIX.

Grabschrift auf den Jesuiten JOH. HARDVINVM.

Diese Grabschrift wird in der Bibliotheque raisonnée (*) angeführet. Weil sie von einem klugen Kopf nach der Wahrheit geschrieben ist, achten wir sie werth, daß sie auch hier unsern Lesern mitgetheilet werde. Sie ist also abgefasset:

Hic jacet hominum παραδοξότατος
Natione Gallus, Religione Jesuita,
Orbis literati portentum,
Docte Febricitans,
Antiquitatis cultor idem, atque deprædator;
Commenta inaudita vigilans somniavit,
Scepticum pie egit,
Credulitate puer,
Audacia juvenis,
Deliriis senex,
Verbo dicam: Hic jacet HARDUINUS.

(*) Tom. XI. p. 238.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1026161053/phys_0144
DFG

V.

…ısisches Edict wegen der
…er Geistlichen.

…der Prediger Conduite besser
…n, und ohne Neben-Absicht mit
…so ein ärgerlich Leben führen,

…bald sie etwas von derer Pre-
…erfahren, die Sache unter su-
… an die Consistoria einsenden

…e ihnen anvertrauten Kirchen
…Protocoll, wie sie alles gefun-
…inschicken sollen.

…Prediger weiter bestellet wer-
…s Zeugniß von Halle und ihren
…her öffentlich in dem Consisto-
…und drey Predigten über die ih-
…erte gehalten haben.

…y Strafe der Cassation, jähr-
… wegen ihrer Prediger einsen-

…tersuchung und Visitation der
…ter gehalten werden solle; und
…Bedienten in specie instruiret
…ames Auge zu halten.

…den 29. Sept. 1736.

…lhelm, von GOttes Gnaden
… Marggraf zu Brandenburg,
…ämmerer und Churfürst, Sou-
…en, Neufchatel und Valangin,
…g, Cleve, Jülich, Bergen, ꝛc.
…hiermit zu wissen: Nachdem
…ung wahrgenommen, daß die
… Unseren Churmärkischen und
… sichs gebühret versehen, son-